

repletus zacharias inuenitur: vñ e illo talia diceret: et spiritus sancto maria vt talia de domino predicaret spiritus sancto symeon et anna vt magnitudinem christi paruuli agnoscerent. Quomodo ergo intelligit: nisi quia circa illa spiritus sancti datio: post clarificationē christi futura erat qualis nunq̃ antea fuerat: habitura erat quādā proprietatez in ipso aduentu: qualis antea nunq̃ fuit. Nūq̃ enim legim⁹ linguis quas nō nouerant homines locutos veniēte i se spūscō: sicut tūc factū ē: cū oporueret et eius aduentū signis sensibilib⁹ demonstrari. **AVG.** super iohannē: Cū ergo et modo accipiat spūscūs: quare nemo loquitur linguis oīum gentiū: quia iā ipsa ecclesia linguis gētiū loquitur in hac qui nō ē nec modo accipit spūscū. Si amas vnitatē etiāz tibi habet quisq̃ in illa aliqd habet. Tolle inuidiā: et tuū ē quod habeo. Lūo: separat: charitas iungit. Ipsam habeo et cūta habetis: quia sine ipsa nihil proderit qdqd habere potueris. Charitas autē dei diffusa ē in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus ē nobis. Quare ergo dominus post resurrectionē suā spiritū sanctum dare voluit: vt. i. in resurrectionem nostram charitas flagraret ab amore seculi separaretur: et tota curreret in deū. Qui enim dixit: Qui credit in me veniat et bibat et flumina de ventre ei⁹ fluēt aque viue. Vita eterna promissit: vbi nihil timeamus: vbi non moriamur: quia ergo tale est quod pmissit spūscū charitate seruientibus: ideo ipsum spiritū noluit dare: nisi cū eū glorificat: vt in suo corpore ostenderet vitā: quā modo nō habemus: sed in resurrectione speram⁹. **AVG.** contra faustū: Si itaq̃ hec causa erat vt nō dū daret spūscū: quia nondū erat iesus glorificat⁹: proculdubio clarificato iesu iam causa erat vt statim daretur. Caraphices autē se pmissum paracletū suscepisse dixerunt: et hinc a fide catholica deuiarunt. Manichei etiā que de pmissione spūscū dicuntur: de manicheo asserunt eē predictum: tanq̃. i. antea non fuerit spiritus datus. **CHRY.** Vel aliter: Gloriam christi crucem vocat quia enim inimici eram⁹: donū autē non inimicis sed amicis dāt. oportebat pri⁹ offerri hostiā: et inimicitiam in carne dissolui: et tūc factos dei amicos suscipere donū.

**Ex** illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebāt: Hic ē vere ppheta. Alij dicebāt: Hic ē christus. Quidā autē dicebāt: Nun quid a galilea venit christus? Nōne scriptura dicit quia ex semine dauid et de bethleem castello vbi erat dauid venit christus? Dissensio itaq̃ facta est in turba ppter eum: Quidā autē ex ipis volebāt apprehendere eum: sed nemo misit sup euz manus. Venerūt ergo ministri ad pontifices et phariseos et dixerūt eis illi: Quare nō adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunq̃ sic locutus ē homo: sicut hic homo loquitur. Responderunt ergo eis pharisei: Nūquid et vos seducti estis? Nūquid ex principibus aliquis credit in eū: aut ex phariseis? Sed turba hec que nō nouit legē: maledicti sunt. Dixit nicodemus ad eos: ille qui venit ad iesū nocte: qui vnus erat ex ipis: Nūquid lex nostra iudicat hominē: nisi prius audierit ab ipso et cognouerit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei: Nūquid et tu galileus es? Scrutare scripturas et vide quia a galilea ppheta non surgit. Et reuersi sūt vnusquisq̃ in domum suāz.

**AV.** Cū domin⁹ inuississet credentes in se ad potandū spiritū sanctū: nata ē de illo in turba dissensio. vnde dicit: Ex illa ergo hoīa tu. cū au. hos ser. eius dicebāt: hic est

vere ppheta. **THEO.** Qui. s. expectabat. Alij. s. populus dicebant: hic est christ⁹. **ALCV.** Jam isti sinz illaz spiritualiter haurire ceperant: ita sūz infidelitatis depozuerant. aliq̃ in sue infidelitatis ariditate per manebant: de quibus subditur: Quidam autē dice. Nūquid a galil. venit christ⁹ nonne scri. di. q. ex semine da. et de beth. ca. vbi erat da. christ⁹ ve. Nouerant enim quid de christo predictū esset prophete: sed ignorabant omnia in ipso impleta fuisse: et qui nouerant in nazareth nutritū: natiuitatis locū nō attēdebant: nec prophetiā quam legerant in eo cōpletam credebant. **CHRY.** Sed esto locū natiuitatis ignorabant num ēt genas ignorabāt qm ex domo et familia dauid natus erat: Quare igitur dicebāt: Nonne ex semine dauid ve. christus? Sed et hoc obūzare volebāt: per educationē in nazareth oīa maliciose loquētes vnde non accedūt ad christū querentes: quō scripture dicunt q. a bethleem oportet venire christum: tu autē ex galilea venisti: sed oīa maliciose loquuntur. Et q. non diligenter attendebāt his que dicebantur: neq̃ discēdi gratia: propter hoc nihil eis christus respondit. Nathanaelem autē dicēte: Nazareth pot aliquid boni eē laudauit: vt vere israelitā: q. veritatis erat inquisitor: et omnia vetera diligēter edoctus. Sequitur: Dissensio itaq̃ facta ē propter eū in turba. **THE.** Nō in principibus: nam principes vnus voluntas erant: vt videlicet nō eū reciperent sicut christus. Qui ergo magis moderati erant in malicia: verbis tñ glorie christi aduersabantur: qui vtro piores erant manus etiā appetebāt imponere. de quibus subditur: Quidam autē ex eis vo. ap. eū. **CHRY.** Hoc autē induxit euangelista ostēdens quoniam loquebantur neq̃ querentes veritatem neq̃ discere volentes. Sequitur: Sed nemo misit super illū manus. **ALCV.** Quia. s. ipse non permisit qui conatus illoz in sua potestate habebat. **CHRY.** Hoc autem sufficiens erat eos i cōpunctionem deducere: sed non sunt cōpuncti. talis enim nequicia nulli vult credere: ad vnū aspiciit solum: vt eum cui insidiatur interficiat. **AV.** Qui vero missi fuerant vt eum tenerent redierunt imunes a crimine et pleni admiratione: de quibus subditur: Venerūt ergo ministri ad pon. et pha. et dixerunt eis illi: Quare nō adduxistis eum? **ALCV.** Qui cum lapidare volentes tenere non potuerunt: arguunt ministros quia eū non adduxerant. **CHRY.** Ecce pharisei et scribe miracula videntes et scripturas legentes nihil profecerunt. ministri autēz nihil horum habentes: ab vna sola allocutiōe sunt capiti: et abeuntes vt eum ligarent: redierunt ligati miraculo. Et non dixerunt: Non potuimus propter turbaz: sed preco nes efficiūt christi sapientie. Nam sequitur: Responderunt ministri: Nūq̃ sic locutus ē homo sicut hic homo loquitur. **AVG.** Ille autem sic locutus ē: q. deus erat et homo. **CHRY.** Nō est autē solū eozum prudentia admiranda: q. signis non egerunt: sed a sola doctrina sunt capti. non enim dixerunt: Nunq̃ talia miracula fecit homo sed nunq̃ sic locutus ē homo. Sed etiā admiranda est eozum securitas: quoniam ad phariseos qui contra christum aduersabantur venerūt. et eis talia locuti sunt. Nec tñ lōgū sermonē audierāt: sed breuē. cū enim mēs fuerit in corrupta: non longis sermonib⁹ opus est. **AVG.** Pharisei tñ eoz testimoniu repulerūt. Nā sequit⁹: Rēderūt ergo eis pharisei. Nūquid et vos seducti estis: quasi dicāt: Videmus vos delectatos eē in sermonib⁹ suis. **ALCV.** Et reuera laudabiliter seducti erāt: q. dimisso malo infidelitatis: transferant ad fidē. **CHRY.** Ab argumēto autē insipienti contra eos syllogizant. nā sequit⁹. Nūquid ex principib⁹ aliquis credidit in eum aut ex phariseis: sed turba hec que nō nouit legem maledicti sunt. Hec autē ē ipsozū accusatio: quoniam turba quidē credidit: ipsi autē nō crediderunt. **AVG.** Qui enim non nouerant legem ipsi et credebant in eum qui miserat legē: et cū qui miserat legēz cōdemnabāt illi q. docebāt legē: vt ipleret quod domin⁹

dixerat: Ego veni ut non videntes videant: et videntes ce-  
ci fiant. **CHRY.** Qualiter igitur maledicti sunt illi qui  
a lege suadentur: Cuius potius maledicti estis qui non ob-  
servastis legem. **THEO.** Ideo autem suaviter et blande  
pharisei ministris respondent. dubitauerunt ne forte ab  
eis pro: sus segregentur: et christo adiungantur. **CHR.**  
Quia vero dixerant quod nullus principum credidit in eum.  
Ad hoc excludendum subiungitur: dicit nicodemus ad eos:  
Ille qui venit ad ierusalem nocte. qui vnus erat ex illis. **AV.**  
Ipse non quidem in r. dulcis: sed timidus. nam ideo nocte ve-  
nerat ad lucem quia illuminari volebat: et scire timebat. hic  
ergo respondit iudeis. Numquid lex nostra iudicat hominem  
nisi prius audi. ab ipso et cognosce. quod faciat: Credebat enim  
quod si eum in modo patenter vellent audire: forte similes fie-  
rent illis qui missi sunt tenere: et maluerunt credere. Vole-  
bant autem illi peruersi an eum dantes: quod cognoscerent. **AV.**  
xxj. de ciuit. dei. Dicit autem lex nostra de lege que dei est: eo  
quod est ab illo data hominibus. **CHRY.** Ostendit autem  
nicodemus eos neque cognoscentes legem: neque facientes  
que sunt legis. cum autem congrui esset ostendere quod non indiscre-  
te misissent vocaturi eum: rudius et iracundius vtuntur con-  
tradictione. Nam sequitur: Responderunt et dixerunt ei: Num  
quid et tu galileus es? **AV.** i. quasi a galileo seductus. Dominus  
enim galileus dicebatur: quoniam de nazareth ciuitate erat pare-  
tes eius: secundum mariam dixit parentes: non secundum virile semen.  
**CHRY.** Deinde iniuriolae quasi eo nesciente scripturas  
induxerunt: Scrutare scripturam et vide quod propheta a galilea non  
surgit. ac si diceret: Uade et discere. **ALCV.** Non enim lo-  
cum ubi natus est: sed ubi conuersabatur attendebat: et ideo non  
solum messiam sed nec prophetam eum credebant. **AV.** Pro-  
pheta quidem a galilea non surgit: sed dominus prophetarum  
inde surrexit. Sequitur: Et reuersi sunt vnusquisque in domum  
sua. **ALCV.** Nullo perfecto negotio vacui fidei: ideo  
fraudati vilitate sunt reuersi. id est omni infidelitatis et imple-  
tatis sue. **CA. VIII.**

**Q**ui autem perrexit in montem oliueti:  
et diluculo iterum venit in templum:  
et omnis populus venit ad eum: et se-  
dens docebat eos. Adducunt autem  
scribe et pharisei mulierem in adulte-  
rio deprehensam: et statuerunt eam in medio: et di-  
xerunt ei: Magister: hec mulier modo deprehen-  
sa est in adulterio. In lege autem moyses mandauit  
nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?  
Hoc autem dicebant tentantes eum: ut possent ac-  
cusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum: et  
digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent  
interrogantes erexit se et dixit eis: Qui sine pecca-  
to est vestrum primus in illam lapidem mittat. Et iterum  
se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hec  
vnus post vnum exibant incipientes a senioribus:  
et remansit solus iesus: et mulier in medio stans. Eri-  
gens autem se iesus dixit ei: Mulier ubi sunt qui te  
accusabant? Nemo te condemnauit? Que dixit? Ne-  
mo domine. Dixit ei iesus: Nec ego te condemnabo.  
Uade et iam amplius noli peccare.

**ALCV.** Dominus maxime circa suam passionem hanc  
sibi effecerat consuetudinem: ut in die quidem in templo  
quod erat iherosolymis: verbis dei predicaret: signa et mi-  
racula ostenderet: sero reuertebatur in bethaniam: ubi apud  
socios lazari hospitabatur: et mane iterum ad simile opus  
reuertebatur. Igitur secundum hunc morem cum in ultimo die ceno-  
phagie tota die in templo predicasset: vespere perrexit in mo-  
tem oliueti. et hoc est quod dicitur: Iesus autem perrexit in mo-

tem oliueti. **AG.** Ubi enim decebat docere christum nisi in  
monte oliueti: in monte vnguenti: in monte christi matris. christi  
enim nomen a christmate dictum est. Christina autem grece:  
latine vnctio nominatur. Ideo autem nos vnxit: quia lucta-  
tores contra diabolum fecit. **ALCV.** Vnctio enim olei tes-  
tis et solentis: meritis soler afferre letitiam. Vnde etiam  
oluarum sublimitate dominice pietatis designat: oleos  
grece: latine misericordia. Natura quoque olei mysterio  
aptissime congruit: superferatur enim omnibus liquoribus:  
et sicut ait psalmista: Misericordias eius super omnia opera  
eius. Sequitur: Et diluculo iterum venit in templum. v. l. mis-  
ericordiam cum incipiente noui testamenti lumine: fidelibus in  
templo videlicet: non pandenda prebendaque signaret. Quod  
enim diluculo redibat: exortum noue gratie designat. **BED.**  
Significatur autem quod postquam per gratiam cepit inhabitare in tem-  
plo suo. i. in ecclesia: ex omnibus gentibus crediderunt in  
eum. vnde sequitur: Et omnis populus veniebat ad eum:  
et sedens docebat eos. **ALCV.** Sessio humilitate incar-  
nationis insinuat. Sedente ergo domino ad eum venit po-  
pulus: quod postquam per susceptam humanitatem visibilis ap-  
paruit: ceperunt eum multi audire et in eius credere: quem per  
humanitatem sibi proximam meminerant. Mansuetus autem  
et simplicibus se: monere domini admirantibus: scribe et pha-  
risei interrogant: non ut discant: sed ut veritati laqueos ne-  
crant. vnde sequitur: Adducunt autem scribe et pharisei: mulie-  
rem in adulterio. et statu. eam in medio: et dicunt ei. Magister: hec  
mulier deprehe. e modo in adulterio. **AV.** Animaduertant  
enim eum nimium esse mitem. De illo quippe fuerat ante pre-  
dictum: Procede et regna: propter veritatem et mansuetudi-  
nem et iustitiam. Ergo attulit veritatem ut doctorem: mansuetu-  
dinem ut liberatorem: iustitiam ut cognosceret. Cui loqueretur veri-  
tas agnoscebat: cum aduersus inimicos non moueretur: ma-  
suetudo laudabat. In tertio ergo iustitia. s. scandalum po-  
suerunt. Dixerunt enim apud seipsos: Si eam dimittimus con-  
fiteri: iustitia non tenebit. lex enim quod iniustum erat iu-  
bere non poterat: et ideo lege inducitur dicentes: In lege autem  
moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. ut autem ma-  
suetudinem non perdat: in qua iam populus amabilis factus  
est: eam dimitti debere dicitur. vnde eius sententia re-  
ruit dicentes: Tu ergo quid dicis? Hinc nos inuenimus  
ad accusandum occasionem et reum faciemus tanquam legis pre-  
uaricatores. vnde euangelista subdit: Hec autem dicebant illi.  
eum ut pos. accu. eum. Sed dominus in respondendo et  
iustitiam seruaturus est: a mansuetudine non recessurus. Se-  
quitur enim: Iesus autem incli. se deorsum digi. scribe. in  
terra. **AV.** de con. euan. Tanquam illos tales in terra scribe-  
dos significaret: non in celo ubi monuit discipulos ut se  
scriptos esse gauderent: aut quod se humiliando quod capi-  
tis inclinatione monstrabat: signa in terra faceret: aut quod iam  
tempus esset: ut in terra que fructum daret: non in lapide ste-  
rili: sicut antea lex eius conscriberetur. **ALCV.** Per  
terram enim cor humanum ostenditur quod bonarum vel ma-  
larum actionum solet reddere fructum. per digitum autem qui  
articulorum compositione flexibilis est: sublimitas di-  
cretionis exprimitur. Nos ergo instruit: ut cum quolibet ma-  
la proximo: non conspicimus: non statim ea temere damne-  
mus: sed prius ad conscientiam cordis humiliter reuer-  
sit: digito discretionis ea sollicite discquiramus. **BED.** Qua-  
rum etiam ad historiam pertinet: per hoc quod digito scripsit in ter-  
ra. illum se forte monstrauit qui quondam legem in lapide  
scripsit. Sequitur: Cum autem perseverarent interrogantes eum  
erexit se. **AVG.** Non dixit: non lapidetur ne contra legem  
dicere videretur. Absit autem ut diceret lapides. venit enim non  
perdere quod inuenerat: sed querere quod perierat. Quid  
ergo respondit. Qui sine peccato est vestrum: primus in il-  
lam lapidem mittat. Dec vox iustitie est: puniatur peccator  
sed non a peccatoribus impleatur lex: sed non a preuarica-  
toribus legis. **GRE.** rit. mora. Qui. n. prius semetipsum  
non iudicat: quid in alio rectum iudicat. Ignorat. Et si non  
uit etiam